



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae  
Pantheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1422**

LIX. Ad Ioan. Fridericum Hainzelium, Patr. Aug. E Timocle.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12386**

L V.

## Ad Paulum Constantinum

Phrygionem Med. VVirteberg.

Omnis debemur morti: nec dicere quisquam  
Sic ausit: viuam cras ego, PAULE, mibi.  
Cur hodiè minus ergo sibi ( si viuere tandem  
Vult sibi) cur inquam non sibi viuit homo?  
Seranimis nimium cupidis est crastina vita:  
Viue hodie, si vis viuere, PAULE, tibi.  
Viue tibi: sed viue Deo simul, ut bene viuas:  
In quo cras, et heri non minus est hodiè.

L VI.

## E Græco.

Quum tu morte mea sis latus: forsitan alter  
Morte tua, metuis quam male, latus erit:

L VII.

## Epitaphium.

E Græco.

Mortuus hic te nunc moror, hospes: tuque moraris  
Sic reliquos: omnis una moratur humus.

L IX.

## Ad Ioan. Fridericum

Hainzelium, Patr. Aug.

E Timocle.

B 9 Laborio-

*Laboriosum animal, dum viuit, est homo:  
Mulinique secum vita adfert molestia.  
Vnum hoc doloris est tanti solatum:  
Quod mens, aliena quum cernit mala, jam sui  
Oblita fit prudentior tandem mali.  
Si pauper est, se pauperiorem Telephum  
Agnoscit: et jam pauper est libenter.  
Sin æger, ægrum cernit hæc Alcmæonem:  
Si lippus est, cæcum intuetur Isyphum:  
Si claudus, inspicit Philoctetem: senex  
Si forsan infelix, cognoscit Oeneum:  
Sin orbus est, Niobe dolores huic leuat.  
Sic cogitatio alieni semper mali  
Lenit suum cuius infortunium.  
Ceu nauta fert casum, et procellas æquior:  
Qui mille ponte naues obrui videt.  
Malum suum intueri, si nemo mali  
Sit socius, ingentes dolores hoc facit.*

LIX.

Ad Petrum Vincentium.

*Qui mala fert male, PETRE: bisque dolore  
(mala)*

*Fit miser: at mala qui fert bene victor abit.*

LX.

Dauidi Besserero Theol.